

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CLXXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

mein Oheim von Schwarzenberg, der Lesmeister von den Predierne zu Freyburg vnd Bruder Damme von Waldkirch vnd bruder Heinrich von Rotwyl, der Schafner desselben Closters Adelhausen vnd der Turner von Freyburg vnd ander biderleuwt gung.



CLXXII.

HEINRICUS MARCHIO HACHBERG. UXORIS ET
FILIORUM SUORUM CONSENSU REDITUS IN MALTER-
TINGEN ABBATIAE TENNEBACENSI
VENDIT.

A N N O M C C L X X V.

Ex autographo Tennebacensi.

Nos HEINRICUS *Marchio de Hachberg* universis Christi fidelibus presens scriptum intuentibus geste rei noticiam cum salute . . . Noverit igitur presens etas & futura posteritas quod nos accedente bona voluntate & consensu Domine *Anne uxoris nostre legitime ac filiorum nostrorum Heinrichi. Ruodolphi & Friderici* aliorumque omnium liberorum nostrorum religiosi in Christo viris Domino Abbati & Conventui de Thenibach Ordinis Cystericiensis Constantiensis Dyocefsis redditus quinque marcarum in villa & banno *Malterttingen* de bonis & possessionibus nostris; que & quas habemus, quos redditus eisdem in hiis bonis nominete-

nus exprimimus Testes qui huic venditioni interfuerunt sunt isti : Dominus Ulricus Abbas de Salem, domini Meinwardus Abbas de Thennibach, frater Heinricus Prior, frater H. major Cellerarius, frater Meinwardus Camerarius, frater C. Mercator, frater Ortholfus conversi de Thennibach, Comes Egeno de Friburg, Rudolfus de Usenberg, Johannes & Willehelmus Domini de Swarzenberg, Dietericus junior & Volmarus fratres de Keppenbach. Wolframms miles de Vischerbach Wolfammus advocatus in Hahberg & Conradus scribi de Emmetingen & plures alij fide digni. In hujus venditionis & facti testimonium ac evidentiam plenioram & perpetuam firmitatem nos prenomiatus Heinricus *Marchio de Hahberg* prefatis Dom. Abbati & Conventui de Thennibach presentes literas contulimus sigilli nostri & prefate Domine Anne uxoris nostre & Heinrici filij nostri Karactere consignantas. Datum & actum apud Hahberg anno Domini M. CC. LXXX. quinto, in die decollationis beati Johannis Baptiste, Indict. XIII.

Nota. Appendent his literis sigilla : Heinrici Margravij de Hahberg ; Anne Margravie de Hahberg ; Heinr. March. junioris de Hahberg.